

ADAMI FRIDERICI KIRSCHII
ABVNDANTISSIMVM
CORNV COPIAE
LINGVAE LATINAE

ET
GERMANICAE SELECTVM,
QVO CONTINENTVR

Vocabula Latina omnis aevi, antiqui, medii ac
noui, pariter ac Graeca, Latinitate donata, nec non for-
mulae dicendi elegantiores et Construções Verborum;

praeterea
Deorum, Dearum, Gentium, Regnorum, Regionum, Urbium,
Marium, Fluviorum, Insularum, Montium, Animalium,
Arborum, Herbarum, Florum et Mineralium Nomina;
nec non

Theologorum, Iure Consultorum, Medicorum, Phi-
losophorum, Philologorum, Poëtarum, ac Mythicorum, Artibus
liberalibus, alisque disciplinis, Rei quoque Militari ac Moneta-
riae verba propria, eorumque Significationes et Explicationes,
Syllabarum longitudine vel breuitate signis expressa:

CVI ADIVNGVNTVR IN FINE

Calendarium Romanum, compendia scribendi olim in
Latio vsitatissima, siue Notae et Sigla antiquorum;
deinde adiecta est

*Tabula alphabetica Charact. Latin. in Codicibus MStis pro Seculo-
rum ratione occurrentium, tum Specimen Scripturae veteris,*

A P P E N D I X

REGIONVM, VRBIVM, MONTIVM ET FLVVIORVM;
ET AD POSTREMVM

Consanguinitatis pariter etque Affinitatis Tabula, Nominaque Numeralia.

EDITIO NOVISSIMA,

A mendis non paucis studiose repurgata, Parte vtraque aucta,
in ordinem redacta, ac denique tironum puriori
Latinitatis studiosorum vsui accommodata.

Cum Privilegio Sacrae Caes. Maestatis.

VIENNAE AVSTRIAE,
IN OFFICINA LIBRARIA EMERICI FELICIS BADER.

MDCCLXXV.

BIBLIOTHEK
DER
EVANGELISCHEN
GEMEINDE

NOS IOSEPHVS Secundus diuina fauente Clementia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniae et Hierosolymarum Rex, Corregens et Heres Regnorum Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae et Sclauoniae, Archidux Austriae, Dux Burgundiae et Lotharingiae, Magnus Dux Hetruviae, Magnus Princeps Transyluaniae, Dux Mediolani, Barri &c. Comes Habsburgi, Flandriae et Tyrolis &c. &c. Agnoscimus et notum facimus tenore praesentium uniuersis, quod, cum Nobis Nostri facrique Imperii fideles dilecti, defuncti Emerici Felicis Bader, Ciuis et Bibliopolae Ratisbonensis relictii filii bumillime supplicarint, ut Priuilegium super ADAMI FRIDERICI KIRSCHII CORNV COPIAE LINGVAE LATINAE ET GERMANICAE SELECTVM, a Diuo Genitore ac Praedeceessore nostro colendissimo Imperatore FRANCISCO gloriosissimae recordationis dicto eorum Patri, die vigesima Augusti anno millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto ultimo concessum ad alios decem annos extendere clementissime dignaremur, Nos attento supplicantium laudabili studio, quod ad publicum rei litterariae incrementum impendunt, ante citatum Priuilegium Caesareum harum vigore clementissime extendendum censuerimus. Ac proinde auctoritate nostra Caesarea omnibus et singulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis, et aliis quibuscunque rem librariam seu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus et interdiciamus, ne quis supranominatum ADAMI FRIDERICI KIRSCHII CORNV COPIAE LINGVAE LATINAE ET GERMANICAE SELECTVM sub hoc alioque titulo per ulterius decem annorum spatium ab hodierno die computandum intra sacri Romani Imperii fines recudere vel aliis recudendum dare, aliorumque impressum apportare, vendere vel distrabere citra praefatorum impetrantium, eorundemque heredum ac successorum voluntatem et assensum in scriptis obtentum, ausit vel praesumat. Si quis vero secus faciendo Priuilegium hoc Nostrum seu interdictum violare, contemnereque praesumserit, eum non solum eiusmodi exemplaribus ubicunque locorum reperitis, perperam quippe recusis seu apportatis, quae dicti Emerici Felicis Bader relictii filii sine propria auctoritate, sine Magistratus il-

lius loci auxilio sibi vindicare poterint, de facto priuandum, sed et quinque marcarum auri puri poena aerario seu fisco nostro Caesareo et parti laesae ex aequo pendenda, omni spe veniae sublata malitandum decernimus, dumodo tenor huius nostri Priuilegii in fronte libri impressus reperiatur, et consueta quinque exemplaria consilio nostro Imperiali aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus et singulis nostri sacrique Romani Imperii subditis et fidelibus dilectis tam ecclesiasticis quam secularibus, cuiuscunque status, gradus, dignitatis aut ordinis fuerint, praesertim vero iis, qui in Magistratu existentes, vel suo vel superiorum suorum loco ius iustitiamque administrant, ne quemquam Priuilegium hoc Nostrum Caesareum violare, spernere aut transgredi patiantur, sed si quos contumaces repperint, constituta a Nobis multa eos puniri et quibuscunque modis idoneis eos coerceri curent, quatenus et ipsi grauissimam nostram indignationem, praedictamque poenam euitare voluerint. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum et Sigilli nostri Caesarei appensione munitarum, quae dabantur Viennae die vigesima nona Maii, anno millesimo septingentesimo sexagesimo nono, regni nostri sexto.

IOSEPHVS.



Vidit
R. Princeps Colloredo.

Ad Mandatum S. C. Maiestatis
proprium.
Andreas Nobilis de Stock.

P
V
ium
sc
LIN
velim tam car
minis tuam,
conator. He
vile et allis)
se quidquam e
rum expertum
is? At quom
fit et arborer ;
tum formatibu
non esse. Cornu
ma, Calepinoru
aliquaque tam
ratione qualitat
habetis dicaroru
habetis vocabula
tis sembo visitat
Non opus est hedi